



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Veritates Æternæ Ex Prima Hebdomade Asceseos
Ignatianæ Petitæ**

Vogel, Matthäus

Constantiæ, 1731

Circa Præceptum II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60667)

diffidendo misericordiæ divinæ desperaverit de
emendatione vitæ , aut remissione peccatorum ,
aut salute sua ? 15. An murmuraverit contra
DEum , conquerendo , quasi non esset justus ; vel
reprehendendo ejus providentiam ; quia nos pri-
vat , aut non concedit , quæ optamus ? 16. An
rarissimè de DEO & salute sua serio cogitave-
rit ? 17. An odium vel contemptum DEI ha-
buerit , aut aversionem ab eo , aut à rebus ad sa-
ludem spectantibus ? 18. An maledixerit vel blas-
phemaverit DEum aut Sanctos , etiam cogita-
tione tantum ? 19. An exposuerit se periculo
peccandi mortaliter , vel complacuerit sibi in ali-
quo peccato commisso ? 20. An persecutus aut
calumniatus sit pios , aut bona eorum opera tra-
duxerit , & impedierit , ne fierent , maxime an à
Religione aliquem impediverit ?

Circa Præceptum II.

1. An juraverit sine necessitate , sed cum ve-
ritate & in re non mala ? 2. An juraverit falsum
sciens esse falsum , aut saltem dubitans , an sit
verum , sive ex joco factum sit & in re levi , si-
ve alio modo ? 3. An juraverit promittendo ,
quod postea sine gravi causa non observavit ;
aut intentionem habendo non observandi , li-
cet in relevi . 4. An causam dederit alicui , ut
falsum juraret , vel non observaret juramentum
licitum ? 5. An juraverit adjunctâ maledictio-
ne v.g. auferat me diabolus , tale malum mihi
eveniat , si non fecero hoc &c ? 6. An jura-

E c

verit

verit, se commissurum aliquod peccatum , aut nō
hil boni facturum , vel non servaturum Evan-
gelica consilia ? 7. An juraverit minando ali-
cui sine intentione exequendi juramentum, li-
cet in re levi ? 8. An in peccato mortali Reli-
gionem juramenti induxerit v.g. crimen alterius
occultum non sine notabili eius infamia cum
juramento revelaverit ? 9. An in judicio ju-
raverit falsum , vel juridicē interrogatus non
responderit conformiter intentioni Judicis,
vel consilium dederit aliis id faciendi ? 10. An
juraverit vel etiam habuerit consuetudinem
jurandi , non curando , an verum juraret an fal-
sum ? 11. An blasphemaverit DEum aut Sanc-
tos , & an usus sit maledictione , execratione,
contumeliā in DEum aut Sanctos ? 12. An dia-
boli invocatione usus sit , ejus auxilium ex ani-
mo poscendo ? 13. An se ipsum illi devove-
rit , corpus vel animam ei dederit , aut filios,
servos & proximos ? 14. An fecerit votum fa-
ciendi aliquod bonum , & non impleverit , vel
an distulerit in longum tempus ? 15. An vo-
verit aliquid cum intentione non implendi vo-
tum ? 16. An vooverit , se aliquod bonum non,
aut aliquid mali facturum , aut bonum acturum,
ex malo fine ?

Circa Præceptum III.

1. An dies festos violaverit faciendo , vel
mandando aliis opera prohibita , vel facienti-
bus consentiendo ? 2. An omiserit audire Mis-
sam , aut ejus notabilem partem die festo sine
causa